



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

Mayer, Christian

Coloniæ Agrippinæ, 1635

5. De excessu amoris à Christo in vltima cœna. Ioan. 13

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

De excessu amoris à Christo in vltima
cœna exhibiti. Ioan. 13. V.

Cum dilexisset suos qui erant in mundo,
in finem dilexit eos. Posset hic ex-
pendi triplex excessus dilectionis
Christi erga suos discipulos, omnesq;
electos, seu triplex zelus eximiæ eo-
rum perfectionis, quem transiturus
ex hoc mundo, in vltima cœna mani-
festavit.

I. Quomodo Filius Dei ab æterno
hunc amoris excessum erga suos futu-
ros discipulos, electosque omnes &
singulos exercuerit, offerendo se æter-
no Patri in assumpta carne paratum ad
eos purgandos, seu à peccatis & im-
perfectionibus omnibus tantâ profu-
sione non solum lacrymarum & sudo-
ris, sed & pretiosi Sanguinis abluen-
dos; ad illos illuminandos, seu verbo
& exemplo ad assiduum solidarum
virtutum studium excitandos; de-
mum ad eosdem perficiendos, seu fi-
ni suo vltimo per ardentissimum a-
morem, absolutissimamque resigna-
tionem vniendos: idque ex immen-
so, infinito, æterno, gratuitoq; amo-
re ma-

re ma-

re maioris eorum perfectionis in via, amplioris gratiæ in meta, sublimioris gloriæ in patria. His consideratis Gratitude, Amor, zelus proficiendi in triplici via perfectionis, purus, intensus, constans, insatiabilis excitandus.

II. Quoties, quàm ardentè, constanter, insatiabiliter Filius Dei incarnatus 33. annis, & amplius hunc triplicem zelum frequentarit, immò continuerit, omnia quæ fecit, dixit, passus est, in hunc finem peculiariter referendo, æternoque Patri offerendo; ut electi sui omnes & singuli scient, vellent, possent magnis passibus in stadio perfectionis constanter progredi, & feliciter donum perseverantiæ palmamque æternæ gloriæ consequi, idque ex eodem gratuitæ dilectionis affectu. Renouandi ijdem affectus.

III. Quam huculenter & eximie in vltima cœna hunc eundem zelum iam a suis per mortem diuellendus exercuerit. 1. Lauando pedes discipulorum aqua, mixta, ut credibile est, lacrymis, paratumque se offerendo ad mundandas eorum omniumque, maximè Electorum, animas, profusione vniuersi sanguinis. 2. Verbo & exem-

& exemplo tam suauiter & efficaciter ijs inculcando assiduam exercitium præcipuarum virtutum, maxime humilitatis & fraternæ charitatis. 3. Scipsum illis intimè vniendo per modum cibi & potionis, sicque inuitando eos ad continuum studium intimæ cum Deo vniõnis. Affectus ijdem magis inflammandi cum compunctione de nostra tepiditate.

Vel loco huius repeti posset meditatio de Lotione pedum, aut de institutione Venerabilis Sacramenti supra posita; aut præcipua vtriusque puncta.

De septimo verbo, & morte Christi.

VI.

Luc. 23.

1. **C**lamans voce magna Iesus, ait: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* magno clamore vocis, quantumuis esset corpore tam exanguis: at quanto maiore affectu cordis, quanto fiduciæ, amoris & resignationis excessu se in manus Patris tam amabilis sic commendavit tam dilectus Filius! idque, i. Vt ostenderet se non coactè ex infirmitate, & spon-